Vinus anni in hac verborum forma transportare sub vadio [illegible] quatuor florenorum pecunie monete Polonie. Pro quibus vadijs transgressionem sive predictis recognitionis vel successoribus eius eidem Creditori posterisque eius citare promiserit, extunc a iure et foro suis propriis recedendo coram officio presenti Castri Premisliensis cuius iurisdictioni se successores ac bona sua incorporat, in primo Citationis termino stare parere iudicare ac pro citatis omnibus satisfacere tenebitur et successores tenebuntur. Nullum terminum occasione premissorum vera vel simplici infirmitatibus actione pro maiori ac legalibus quibusvis impedimentis differendo. Ad quietationem dilationem non petendo, Penatrium, Marcum et triplici pena vadia non evadendo. Motionibus Appellationibus earumque prosecutionibus evasionibus ac dilationibus universis abrenunciando. Sub cautione vadij quo soluto utique inscriptioni presenti totus quotiens opus fuerit satisfacere hinc recognitionis ad suis successoribus tenebitur. Nulla prescriptione terrestri obstante

Tozanski tenetur Radilowski

Veniens personaliter ad officium Actaque presentia Nobilis Andreas Tozanski a iure et foro suis propriis recedendo, presenti vero iurisdictioni Castri Premisliensis se successores cum bonis suis omnibus in toto quoad actum presentem attinet incorporando sanguinem et corpore exempto publice ultro recognovit. Quia Nobili Iwan Radzylowski Tiesitkowicz et eius successoribus summam quadraginta florenorum pecunie monete Polonie tenetur, presentibusque se cum successoribus obligatur huiusmodi summam eidem Creditori hinc pro die et festo Sancte Prisce virginis proxime et immediate venturo hic ad acta presentia totaliter dare et persolvere. Sub vadio similis summe quadraginta florenorum pecunie monete Polonie in casu non solutionis summe essentialis succumbendo, et in unam summam Capitalem convertendo, hocque vadium cum summa essentiali in omnibus ipsius recognoscendo bonis ubique locorum habitum et habendo extendendo. Inscribitque se hinc Tozanski cum successoribus super omnibus bonis suis hac inscriptione presentem ex hoc actum ad acta terrestria Premisliensis audetur sum. Vinus anni in hac verborum forma transportare

Sub vadio summe originali correspondendo quadraginta florenorum pecunie monete Polonie. Pro quo vadio in summam essentialem conversio tamen pro summa principali. Vadioque eodem succumbit si se predictus recognitionis vel successores eius eidem Creditori aut posteris eius citare promiserit extunc coram officio presenti Castri Premisliensis a iure et foro suis propriis recedendo et eidem officio Castri Premisliensis quo ad respondendum se cum successoribus bonisque omnibus subiicientem in primo Citationis termino stare parere iudicare ac pro citatis omnibus satisfacere tenebitur et successores tenebuntur. Nullum terminum occasione premissorum vera vel simplici infirmitatibus actione pro maiori bello expedicione bellica iuncta sive hostium Anna pestifera Conventioni generali vel particulari statutis et constitutionibus nostris vel veteribus laudatis et laudandis atque legalibus quibusvis impedimentis differendo. Ad quietationem dilationem non petendo, Penatrium, Marcum et triplici pena vadium non evadendo. Motionibus Appellationibus earumque prosecutionibus evasionibus prescriptionibus ac dilationibus generaliter universis abrenunciando et generaliter nihil sibi cum suis posteris in auxilium contra inscriptionem presentem eiusque defectum recipiendo sue et suorum successorum sub quinquagesimo totius cause vigore tuitionis vadij et vadiorum quo vel quibus soluto utique inscriptioni presenti totus quotiens opus fuerit satisfacere tenebitur cum suis successoribus. Nulla prescriptione terrestri in premissis obstante

Wladica donat Radilowskim

Coram officio et actis presentibus Castri Capitalibus Premisliensis personaliter stans venerabilis Antonius Radzylowski Episcopus ritus Greci Premisliensis recedendo a terris districtibus iuribusque suis quibusvis propriis foroque competenti. Hinc vero presenti iurisdictioni se successores ac bona sua universa quoad actum presentem subiicientem mente et corpore sanus exempto publice palam recognovit. Quia bona sua terrestria vigore totas et integras sortes suas in villis Uherche Radzylowicze in districtu presenti consistentes cum et villis Garnolissi et Grabowiecz in districtu Halicien consistentes se iure Domino et Naturali post olim Nobilem Michailo Radzylowski presentem